marcū anthoniū navali prelio vicit ⁊ ſil' egypti
reginam cleopatram .nam ⁊ ipſa huic certami
ni pñs fuit. Ob quaꝫ rem victor auguſtꝰ in am
brachio ſinu vrbem ꝯdidit eiqꝫ vocabulū indi-
dit nicopolim id ē victorie ciuitateꝫ. ambrachij
ſinꝰ hoſtiū paulo q̄ꝫ ſtadia q̄tuor maiꝰ ē. circui
tꝰ ſtadia .ccc. amplectit'. optima oī ex parte ſta-
tio. Ingredientibꝰ occurrebant oli a dextra ha-
bitantes greci accarnones ⁊ appollinis citij tem
plū quondam in tumulo ad hoſtiū eminēs cui
campꝰ ſubiacuit locūqꝫ habens in navalia .in
quibꝰ ceſar vnū viginti naues decimaꝝ noie re
poſuit ab vno remoꝝ ordine vſqꝫ ad decíremes
adiūgens. Siniſtra vero incopolis eſt ⁊ epyro-
taꝝ colonia. Caſſope noſtra etas epyrū arton
appellat. Circa littꝰ eiꝰ paucis añ annis pro-
fectꝰ regie claſſis nomine Wilhelmꝰ marinus
triremes venetoꝝ inſectꝰ cōprehendit atqꝫ in-
cendit in eodē littore apd' acroceraunios mōtes
finiri hadrie nadigationem ioniuꝫ incipe pela-
gus Straboni viſum eſt. apud quem mare au
ſonium idem id quod ionium eſſe apparet. cuꝫ
Epyri oram auſonio ablui pelago affirmet.

De Albania

QVe nunc albania dicitur olim mace-
donie porcio fuit ad occidēte verſa in
qua dirathiū ⁊ appolōiaꝫ fuiſſe pro
didimꝰ non incelebres priſco ſeculo ciuitates.
Sermo genti neqꝫ grecis neqꝫ illiricis notꝰ. Cer
dimus hoc genus homidum ex albania quon-
dam veniſſe que vicina colchidi in aſiaticia ſci
thia memorat' vt ſepe barbaraꝝ inundatio na
tionum grecie atqꝫ italie prouincias occupauit.
In hac terra potens Camuſa fuit qui xp̄ianis
parentibus ortꝰ paꝝ tēar catholice fidie ad mao
metis inſaniam declinauit. Sed q̄ꝫleniter xp̄m
deſeruit tam facile Mahometis ſacra contem-
ſit. rediȷt eñī ad paternaꝫ legem. ⁊ q̄ꝫuis vtrā-
qꝫ religionem cōtempſerit neutri fidꝰ chriſtia-
nus tamen mori q̄ꝫ turchus maluit. Paulopꝰ
Conſtantinopolitanam cladem morbo extin
ctus Georgius ſcanderbechus eiꝰ hereditatem
accepit nobili loco natus q̄ etatem pene omneꝫ
in armis pro chriſti nomine pugnando cōſum
pſit. multas ⁊ magnas turchoruꝫ turmas bel
lo vicit ⁊ deleuit. ſoluſqꝫ quodammodo regio-
nem illam in euangelio chriſti continuit. q̄ꝫuis
hodie hoſtili ferro petita magna ex pte deſerta
ferat'. Rex Alfonſus ſepe milites in albaniam
miſit ⁊ croyam vrbem in poteſtatem acceptaꝫ
a turchis defendit. Nepos ſcanderbechi ex fra
tre cum turchorū parti fauens inſidias patruo
moliret' ab eo captus eſt ⁊ ad Alfoncium miſ-
ſus in carcerem coniectus eſt. Caliſtus quoqꝫ ro
manus pontifex auxilia pecuniaria Scander
bechio non pauca miſit. Velona in albania n̄
magna ciuitas eſt in portu maris ſita qua bre
uiſſimus eſt in ytalia traiectꝰ. Hanc pazaietes
primus ex turchis occupauit rebellantem anu
rates recuperauit. neſcio enim quod maluꝫ mi-
natur ytalie.

De illiria

POſt albaniam illirice ſequuntur gen-
tes ad occidenteꝫ ſeptentrionemqꝫ ver
ſe. hoc etenim genꝰ hominum noſtra
etas Sclauos appellat. ⁊ alij Boſnenſes. alij
dalmate. alij croaci carniqꝫ hiſtri nuncupant'.
Boſnenſes introrſus ad Pannoniam vergunt
ſeptentriōi expoſiti. reliq̄ vero adiacentes ma
ri ad timaui vſqꝫ fontes ꝓtendunt'. Hinc Auſo
nium illinc Pannoniam intuentes. Timauus
autem in intimū adriatici maris ſinum exur-
rit. cuius fontem matrem appellari mar' ſtra
bo ꝓdidit. In Boſna etenim rex gentis Stef
fanus nomine (ſic enim reges ſuos appellare
cōſueuere) q̄ꝫuis chriſti religionem ſectaretur.
diu tamen baptiſmi ſacramento abſtinuit. ſed
anno ſupiori vocato ad ſe iohāni cardinali ſan
cti Angeli cuius ſepe meminimus ab eo baptiſ
matis vnda pfuſus ⁊ ſacris noſtris rite inicia-
tis turchis q̄bus cum federe iunctus erat bellū
indixit. nunc paululum nutare affirmat'. In
hac religione q̄ꝫplurimum heretici poſſūt. q̄s
vocant manicheos peſſimum genus hominū
qui duo p̄ncipia rerum ꝓdunt. alterum bono-
rum. alterum vero malorum. nec p̄matum ro
mane eccleſie tenent. nec chriſtū equalem cōſub
ſtantialemqꝫ patri eſſe fatentur. horuꝫ cenobia
in abditis ⁊ mōtiū conuallibꝰ ſita ferunt'. in q̄-
bus egrotātes matrone ſeruientes ſanct' viris
ſi euaſerint ad certum tempus deo vouent. red
dite ſanitati pmittentibꝰ viris vota pſoluūt. p
miſcue inter mōachos p̄finito tp̄e viuētes. hāc
labē nulla ſedis ap̄lice decreta. nulla xp̄ianoruꝫ
arma delere potuerūt. Sinit ad noſtram exerci
tationem regnare hereticos deus.

De Dalmatia

In dalmacia raguſeos magnis affecit cladibus Steffanus inter boſnenſes ⁊ Dalmatas ducatū poſſidens ⁊ mancheorꝝ veneno infect⁹. q̄ ⁊ ſi chriſtianos p inſidias captos ſepe turchis venūdauerit. mittere tamen oratores Romam ⁊ auxilia ſedis apoſtolice petere non erubuit. ei⁹ vero belli ſumpt⁹ ex chriſtianis petens qđ geſſerat in chriſtianos nec defuere q̄ tam impijs verbis aures accomodarent.

De Croacia

In croacia auſtralis mulier q̄ nuptias comitis cū eſſet inferiore ſanguine. morū preſtantia ⁊ forme elegantia meruit. dū laxandi animi gratia ex caſtello in caſtellū obeq̄tat ſubito turchorꝝ interuentu capta ⁊ apud eos aliquamdiu detenta. impatientia tādem mariti non paruo auro redempta eſt. Querat fortaſſis aliq̄s vbi nam liburniam dimiſerim⁹ quam penetraſſe Anthenorem. ytaliam petentem inſignis poeta cōmemorat. Cōfuſi ſūt admodū prouinciarꝝ fines nec expedire noua facile eſt ne dum q̄s vetuſtiſſima poſſit abſoluere. Plinius liburnie finem initū eſſe Dalmacie dixit ⁊ traguriū marmore natū. in ea eſſe Salonam quoq̧ coloniam que ab iadera centū et duodecim milib⁹ paſſuū abfuit. Jadera vero centū ſexaginta a Pola diſtare. ex quo fit vt inter Croatinos ⁊ dalmatas liburni ſedes habuerūt forſitan ⁊ Croatini nouū gentis nomen liburnorꝝ loca inuaſerūt nobis hec indicaſſe ſufficiat. ſi q̄s certiora deſiderat priſcos euoluat autores. Ptholome⁹ liburniam dalmatiam atq̧ illiridem ſimul confudit. ⁊ illiridi q̄dem a ſeptentrionali plaga pannoniaꝫ occurrere dixit. ab ortu ſuperiorem Myſiam. ab occaſu hyſtriam. a meridie macedoniam ⁊ adriaticū latus.

De hiſtria

Hiſtriā veteres ytalie ptem tradiderūt in q̄ petiū ⁊ pola eſt ⁊ Juſtātinopolis quā caput hyſtrie vocant inconuenienter. italie tamē iungit adriatico ſinu diſiecta ⁊ in peninſule modū circūdata mari qua cōtinenti applicat a tergo. lapidea eſt mōtana regio quā Priſci Albaniā vocauere. Plini⁹ hiſtriā adherere liburnie dixit. Ex q̄ palā fit croatinos liburnorꝝ loco ſuccedere. hiſtriam ab hiſtro amne dictā ferūt quem a danubio in adriam fluere falſo tradidere. cui errori ⁊ pomponius mella ⁊ nepos Padiacola amnes adhibuit nullus enim ex danubio amnis in Adriaticum effundit mare. Argunatarꝝ eos fabula decipit quos p hiſtrū ex mare Pontico in hiſtriam vectos memorie pditū eſt. ſed cōſtat eos ex hiſtro in ſauū aduerſo flumine nauigaſſe. Deinde vero nauportū quem hodie labricū appellari putauerim. cuius paludem lūgeū Strabo appellat. Ex Nauporto vero p mōtes humeris aduecta nauis in adriaticū puēit. hiſtri hodie ſclaui ſunt q̄uis maritime vrbes ytalico ſermone vtant vtriuſq̧ lingue peritiam habentes. pars puincie melior ea que maritima vēetorꝝ imperio ſubiecta eſt. Mediterranea. domus auſtrie poſſidet. Oppidum. ſ. viti quod ad flumen ticiū ſitū eſt falſenes habent. Ex quo loco ad aq̄legiam mille ſtadia eſſe tudidanus qui domuit hiſtros tradidit finem ytalie muſie ſlumini tradidere. Jn hac terra nihil etate noſtra memoria dignū geſtum eſſe accepim⁹. q̄uis auſtrales ⁊ venetos magna de finib⁹ cōtentio agitauerit ⁊ vtriuſq̧ pti ſubditi armis cōtenderint ad quas lites cōponendas nos aliquando ab impatore miſſi q̄uis inducias belli fecim⁹ ⁊ nouos terminos cōſtituim⁹ vniuerſam tamen litem amputare nequiuimus.

De Carnia nunc germanie prouincia

Carni inter quos lapides enumerant hiſtros ſequunt. Sclaui tamen quorū ſermo regionē obtinet carnos bifariam diuidūt duplicem carniolam eſſe dicentes. Alteram ſiccam ⁊ aquarum indiguam in qua hiſtros ponunt ⁊ Carſos. qui medios inter labacum ⁊ tergeſtum incolunt mōtes ⁊ ad Tymanum vſq̧ proferunt. Alteram vero irriguam in qua flumen ſauus ortuꝫ habet ⁊ nauportus qui habitus hodie appellatur ⁊ alij q̄ꝫ plures fluuij. Jn hac etenim puincia dum Fridericus Romanorum imperator coronam regni theutonici apud aquenſem ciuitatem peteret Vlricus cilie comes ⁊ Albertus imperatoris frater coniunctis viribus labacum inſigne oppidum ex flumine cui adiacet dicū obſidione cinxere. diu machinis omnis generis oppugnauere ſed a Friderici militibus non ſine clade expulſi ⁊ caſtris exuti diuitem ſuppellectilem pdidere. hoc oppidum ſclaui ⁊ itali lublana vocāt ex lugia palude ſumpto vocabulo.